Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Non e ita domine. s; serui tui uenerunt ut emerent cibos. Omnes filii unius uiri sumus: pacifici uenimus. nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit. Aliter est. Inmunita terre huius terre considerare uenistis. Et illi duodecim inquiunt serui tui sumus fratres. filii uiri unius intra chanaan. Minimus cum patre nostro est. alius non est super. Re. A. Cum sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos uariis languoribus ducebant illos ad ihesum et curabantur.

A. Omnes qui habebant infirmos uariis languoribus ducebant illos ad ihesum et curabantur.

A. Detinebant turbe ihesum ne discederet ab eis quibus ille ait quia et aliis Ad v. sp. ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei. FER. VI.

Hoc est ait ioseph quod locutus sum exploratores estis. Iam nunc experimentum uestri capiam. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc. donec ueniat frater uester minimus. Mittite e uobis unum et adducite eum. uos autem eritis in uinculis. donec probentur que dixistis utrum uera an falsa sint. Alioquin per salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo eos custodie tribus diebus. Die autem tercio eductis de carcere ait. Facite quod dixi. et uiuetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis frater uester unus ligetur in carcere. uos autem abite et ferte frumenta que emistis in domos uestras. et fratrem uestrum minimum ad me adducite. ut possim uestros probare sermones. et non moriamini. Fecerunt ut dixerat. et locuti sunt ad inuicem. Merito hec patimur. quia peccauimus in fratrem nostrum. uidentes angustiam anime illius. cum deprecaretur nos et non audiuimus. idcirco uenit super nos ista tribulatio. E quibus ruben ait. Numquid non dixi uobis nolite peccare in puerum. et non audistis me. En sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret ioseph. eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertit se parumper et fleuit. et reuersus locutus est ad eos. tollens symeon et ligans illis presentibus. Iussitque ministris ut implerent saccos eorum tritico et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis. datis super cibariis in uia. Qui fecerunt ita. Re. Ev.

A. Aquam ego dedero qui biberit ex ea non sitiet ultra. III. A. Domine ut uideo propheta es tu patres nostri in monte hoc adorauerunt. VI. A. Mulier uenit dies quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. IX.

A. Ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. Adv. A. Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. SABBATO.

VENERUNT itaque filii iacob ad patrem suum intra chanaan. et nar-

Fer. v. ad benedictus an.
Pater diligit filium et omnia demonstrat ei. que ipse facit.
Ad mag. an. Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat sic et filius quos uult uiuificat.